

## II.

*Codicillus sancti Amandi, de sepultura sui corporis* <sup>a</sup>  
(ann. 675).

In nomine Domini Jesu Christi, ego Amandus miserimus et peccator. Credimus ubique divinam nos pietatem regere et clementer salvare velle, quia et ingressum nostrum in mundum et exitum de mundo ante sæcula ipse prænoscit. Proinde omnibus non habetur incognitum qualiter nos, longe lateque per universas provincias seu gentes, propter amorem Christi seu verbum Dei annuntiare, vel baptismum tradere, discursum habuimus; et nos de multis periculis pietas Dei eripuit, et usque tempore ipso perducere dignatus est. Sed dum jam corpore fesso et multis laboribus fatigato, jam in summa senectute pene corpore præmortuo exitum de hoc mundo in proximo habere speramus, et quia nos Deus in istum locellum qui vocatur Elnonis perducere dignatus est, quem super largitate regia proprio labore visi fuimus construxisse; si nos ibi Deus de hoc mundo decreverit emigrare, peto, et coram Christo Jesu Filio Dei, conjurare præsumo ut nulli episcoporum vel abbatum, seu sæcularium virorum, aut quibuslibet potestatibus hoc contrarium sit, ut corpusculum meum in ipso monasterio quod superius diximus <sup>b</sup> Elnone, inter illos fratres requiescat, ubi jam nos ad ipsos fratres et corpore et anima commendavimus; et si itinere, aut ubiubi finis noster provenerit, ad ipsum locum quem superius memoravimus corpusculum nostrum licentiam habeant fratres vel abba de ipso monasterio Elnone ibidem revocare. Si quis

<sup>a</sup> Editus in sancti Amandi Vita, apud Boll. ad diem 6 Februarii, a Philippo Harvengio, abbate Bonæspei, scripta sæculo XII; a Mabillonio recusus in Actis SS. ordinis sancti Benedicti, sæculo II, pag. 703, ex codice Inonensi, in quo belle depictæ erant imagines subscribentium, quas æri incidendas curavit idem Mabillonius, in Annalibus, tom. I, pag. 628. Iterum Amandi codicillum typis mandaverunt Cointius, Ann. tom. III, pag. 742, Miræus quoque, Oper. dipl. tom. I, pag. 8, et Fast. Belgic. ad diem 6 Febr. Editionem Mabillonii sequimur. Foppenus, in notis ad opera Miræi diplomatica, ubi supra, hoc instrumentum referendum censet ad annum Christi 661; et,

<sup>A</sup> vero contradicere, aut de ipso monasterio corpus meum per fortia abstrahere, aut temerario spiritu contradicere voluerit, imprimitus sanctæ Trinitatis incurrat offensam, et ab omnibus Ecclesiis catholicis excommunicatus appareat, et a societate sanctorum extraneus efficiatur, et damnationem quam Dathan et Abiron sustinuerunt, quos infernus vivos absorbit ipse sustineat, et sit anathema maranatha, quod est perditio, in adventu Domini nostri Jesu Christi; et nec sic nostram voluntatem mutare valeat, sed hæc deliberatio nostra in perpetuo firma et inviolata permaneat; et, ut certius credatis, manu propria subscripsi et omnibus hominibus Deum timentibus ut subscribant supplicamus et rogamus. Quam epistolam fratri nostro Baudemundo presbytero fieri rogavimus. Facta epistola in monasterio Elnone, anno secundo regni domini nostri Theodorici gloriosi regis, sub die decima quinta Kalendas Maii. Ego Amandus peccator hanc epistolam a me factam consensi et subscripsi. Ego in Christi nomine Reolus, ac si peccator subscripsi. Ego in Christi nomine Mummolenus episcopus subscripsi. Ego in Christi nomine Vindicianus ac si peccator episcopus, hanc epistolam, rogante domno Amando, consensi et subscripsi. Ego Bertinus abba subscripsi. Ego Aldebertus abba subscripsi. Ego Johannes, rogatus a domno Amando, consentiens hanc epistolam subscripsi. Ego Baudemundus peccator, jubente domno meo Amando, hanc epistolam deliberationis suæ scripsi et subscripsi.

<sup>C</sup> ut id cum nomine regis tunc regnantis conciliet, conjicit legendum annum 2 *Chlotarii*, pro anno 2 *Theodorici*. Sed nomen Theodorici servandum esse arguit Cointius, ann. ubi supra, ex subscriptionibus episcoporum, abbatum, et ipsius Baudemundi scriptoris, quas omnes expendit. Mensis autem Aprilis anni 2 regni Theodorici III incidit in annum Christi 675.

<sup>b</sup> Votum assecutus est Amandus; sepultus enim fuit in monasterio Elnonensi, teste Baudemundo, qui et codicillum exaraverat, et Vitam sancti Amandi litteris commendavit. Obiit Amandus anno ætatis nonagesimo, æræ Christianæ 679.

## HYMNI DUO ANTIQUI IN HONOREM SANCTI AMANDI.

[Ex Actis Sanctorum, mens. Febr.]

Amande, præsul optime,...  
Amando Christum congruum,  
Audi tuorum dulcia,  
Quæ concinunt, gratissimo  
Dum floruisti corpore,  
Dignus tuo qui nomine,  
Sortitus es vocabulum,  
Vernaculorum carmina  
Præcordiorum gaudio.

Mundum replesti lumine.  
Astrum poli nunc splendidum  
Pater pius, pastor bonus,  
Has recreando fluminè,  
Fratr pupilli febilis,  
Patrem vocavit orphanus,  
Cæcis ocellus lucidus,  
Perir'que ligno pendulus,  
Quid plura, miles inelyte,

Quicumque venit debilis,  
Nunc Abrhæ vernantibus  
De Jesu dulci corpore.  
Jam copulatus inelytis  
Vertex rubescit gemmulis,  
Nostri memor sanctissime  
(Tuus popellus adsumus)  
Ut quando Jesus venerit  
Non segregemur a tuo,

Deo Patri sit gloria.  
 Candore vincis Cynthiam.  
 Multis fuisti gentibus :  
 Illas docendo fame,  
 Soror gementis exsulis :  
 Matremque sensit languidus.  
 Claudisque pes tutissimus,  
 Vitam recepit mortuus.  
 Nostro canamus carmine?  
 Nullus recessit flebilis.  
 Lætus quiescit sedibus,  
 Mandis bibisque sanguine.  
 Archangelorum gaudiis,  
 Et colla candent infulis.  
 Illic exsulantum corpore,  
 Succurrere nobis quæsumus :  
 Cum carne, qua hinc abiit,  
 Clemens Pater consortio  
 Ejusque soli Filio, etc.

## HYMNUS ALTER.

Ave Pater, pastor noster,  
 Ave charus amor noster,  
 Ave, præsul gloriose,  
 Ave, præsul gloriose,  
 Jure tibi laudum melos  
 Sed condignas tanto Patri  
 Corde tamen quod gestimus,  
 A primævo nempe flore  
 Moribus ævum senile  
 Multis et norinam præbere

Mox signorum gloriosis  
 Triumphalis signo crucis  
 Verbiq; virtute pellis,  
 Virtutes excoluisti,  
 Ipse sed occuluisti,  
 Favor ne daretur tibi.  
 Hinc factus Præsul maectusque  
 Ut lucerna ardens fide,  
 Jure celso candelabri  
 Tu redemptor captivorum,  
 Tuque pater papillorum,  
 Vigor paralyticorum,  
 Tu surdis auditum præstas,  
 Lurida tu membra purgas,  
 Verbis simul et exemplis  
 Nostra laus succumbit tantæ,  
 Dum mundum replet doctrinæ  
 Famam diffundens et terræ,  
 Nunc precamur, Pater alme,  
 Et Jesum benignum posce,  
 Ac post hujus finem vitæ,  
 Annue votis poscentum,  
 Esse credimus quem trinum  
 Manet quem laus ante ævum  
 Pontifex egregie,  
 Dulce nomen, Amande,  
 Semper amantissime,  
 Concinando pangimus.  
 Ferre laudes nequimus,

Plectro liguæ prominus.  
 Sacræ pueritiæ  
 Visus es attingere,  
 Perfectæ justitiæ.  
 Muneratus titulis,  
 Anguem sævum proteris  
 Ogiæ de terminis.  
 Studio pervigili,  
 Mente semper humili,  
 Sed superno umini,  
 Deitatis munere,  
 Claro lucens opere.  
 Sublevatis stipite.  
 Consolator pauperum,  
 Tu mater orphanorum,  
 Effugator dæmonum,  
 Tu cæcos illuminas,  
 Mortuum resuscitas.  
 Animas vivificas,  
 Tibi datæ gratiæ,  
 Virtutumque munere.  
 Et cœli per cardines,  
 Vota nostra suscipe.  
 Nobis semper parcere.  
 Tecum semper vivere,  
 Deus factor omnium.  
 Atque unum Dominum,  
 Nunc et in perpetuum. Amen.

ANNO DOMINI DCLXXX.

## SANCTUS MANSUETUS

MEDIOLANENSIS EPISCOPUS.

## NOTITIA HISTORICA IN S. MANSUETUM.

[Ex Ughello, Italia Sacra.]

Sanctus Mansuetus (a) Sabellæ gentis Romanæ A scopus scripsit epistolam ad Constantinum imperato-  
 sancto Ampelio suffectus est anno 677. Qui, ut sui rem in eosdem. Sunt qui affirmant Mansuetum ma-  
 episcopatus pie sancteque auspicaretur initia, suis gno illi Constantinopolitano concilio interfuisse,  
 comprovincialibus convocatis episcopis, contra Mo- quod vix credibile est, cum reversus Roma paulo  
 nothelitas synodum celebravit (anno 679). Anno post in contagio illo quod magnopere Insubriam af-  
 vero 679 [680] cum iisdem interfuit Lateranensi flexit, decessisse narretur die 19 mensis Februa-  
 concilio sub Agathone pontifice contra eosdem con- rii (b). Jacet in Ambrosiano templo. De eo Martyro-  
 vocato, cujus decreta Mansuetus subscripsit. Hujus logium Romanum.

(a) De eo Acta Sanctorum, Februarii tom. III, pag. 155.

(b) Sanctus Mansuetus ex catalogo c. sedit an. ix, B

obiit xi Kal. Martii, sepultus est ad sanctum Ambrosium. » Obierit ergo an. circiter 681. Pappas-  
 chius.

## EPISTOLA MANSUETI AD CONSTANTINUM IMPERATOREM.

(Vide supra, ad Damianum, hujusce toni col. 1261.)